

## Aduertencias para

quia etiam infra duas dietas, Prælati Mendicantium, vel per eos deputati, possunt ista cōcessione, & hac oñimoda potestate uti in suos subditos, l. infratres alterius ordinis: quādo necessitas in Bulla expressa euenerit. Quia vbiq; hæc necessitas acciderit, siue ultra prædictas duas dietas, siue infra, siue etiam in loco vbi residet Episcopus, Prælati Mendicantium hac au&toritate in sui Ordinis, aut cuiusvis alterius Ordinis fratres uti possunt, sine assensu Episcopi, etiam infra duas dietas existentis. Hoc probatur. cap. Intelligentia, de verbo signi, vbi dicitur: quod verba non sunt intelligenda secundum quod sonant: sed secundum mentem proferentis. Modo constat ex verbis Bullæ, quod Papa voluit prouidere fratribus, ut sua possint uti prædicta au&toritate in se, & in alios alterius religionis fratres, quando fuerit necesse. Item voluit prouidere Episcopis, maxime quando expressit de duabus dietis, ne infra eas prædicta au&toritate vteretur fratres, ne pastoralis dignitas vilesceret, si in Episcopi presentia, l. quādo infra duas dietas eius presentia haberet potest, præfatī fratres prædicta vterent̄ au&toritate, ac per hoc Episcopali de rogare